Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



no dicentem · Ecce tabernaculum dei cum hominibus · habitabit cum
eis · Et ipsi populus eius erunt · Ipse deus cum eis erit eorum
deus · Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum ·
et mors ultra non erit neque luctus · neque clamor neque
dolor erit ultra · quae prima abierunt · Et dixit qui sedebat
in throno · Ecce nova facio omnia · Ad Corinth ·

Fratres · Unusquisque propriam mercedem accipiet se
cundum suum laborem · Dei enim sumus adiutores
dei agricultura estis · dei edificatio estis · Secundum
gratiam quae data est mihi ut sapiens architectus
fundamentum posui · alius autem superaedificat · Unus
quisque autem videat · quomodo superaedificet · Fundamentum
enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est ·
quod est xpc ihc · Si quis autem superaedificat super
fundamentum hoc aurum · argentum · lapides pretiosos · lignum · fenum · stipulam · unius cuiusque opus manifestum
erit · Dies enim dni declarabit · quia in igne revelabitur ·
et unius cuiusque opus · quale sit ignis probabit · Si cuius
opus manserit · quod superaedificavit · mercedem accipiet ·
Si cuius opus arserit · detrimentum patietur · ipse autem sal
vus erit · sic tamen quasi per ignem · Sdm lucam ·

In illo tp · Ingressus ihc perambulabat iericho · Et ecce
vir nomine zacheus · et hic erat princeps publicanorum · et ipse
dives · Et quaerebat videre ihm quis esset · et non poterat prae
turba · quia statura pusillus erat · Et praecurrens ascendit
in arborem sycomorum · ut videret illum · quia inde erat tran
siturus · Et cum venisset ad locum · suspiciens ihc vidit
illum · et dixit ad eum · Zachee festinans descende · quia
hodie in domo tua oportet me manere · Et festinans descendit